



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Theologiae Moralis Super Decalogum Seu Decem Dei Praecepta Pars ...**

Tractatus IV. Præliminaris. Ad Præcepta Secundæ Tabulæ De Justitia, &  
Restitutione in communi

**Sporer, Patricius**

**Salisburgi, 1713**

Index Rerum notabilium in hoc IV. Tractatu contentarum.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59506)

# INDEX

## Rerum notabilium in hoc IV. Tra- ctatu contentarum.

*Numers paginam demonstrat.*

### A.

**A**ctio injusta, seu culpa inducens obligationem restitu-  
endi quæ? 67. seqq.

Adulterium committit uxor peccans cum alio, esto maritus  
confessariat. 45.

Alienans bona fide rem alienam, à se empram, dono acce-  
ptam &c. ad quid teneatur Domino comparenti. 113. seqq.

Augmentum intrinsecum rei, & extrinsecum quid? & quid  
restitui debeat, si res apud furem crescat, vel decrescat &c.  
141. seqq. Vide *restitutio ex delicto formali.*

### C

**C**ausæ ad injustum damnum cooperantes quæ, cui, quando,  
& qualiter restituere reneantur. 222. seqq. causa totalis  
totalitate causæ. 274. partialis partialitate effectus. seq. *id.*  
partialitate causæ &c. 275. seqq. vide *de restitutione ad  
damnum injustum cooperantium.*

Causæ, ob quas, quamdiu durant, restitutio differri possit, sunt  
quatuor. 398. I. *ignorantia.* ibid. II. *Impotentia.* III. *ne-  
cessitas propria* & IV. *damnum ipsi creditori, vel tertio,  
aut Communitati ex restitutione secuturum.* 399. seq.

*Necessitas propria* excusat I. quoties restitutio fieri non po-  
test sine damno, vel periculo salutis. 400. seq. unde non  
est obligatio *statim* restituendi cum damno spirituali ani-  
mæ. 401. nec cum damno vitæ, vel incolumitatis corpo-  
ralis. 402. nec cum jactura famæ, vel libertatis. Quando  
vero fieri potest sine periculo infamiæ, per Confessarium  
saltem, vel aliam personam tertiam fieri debet *statim.* 403.  
sq. Item II. *necessitas propria* excusat etiam ad differen-  
dam restitutionem, quando ea fieri non potest absq; mu-  
tatione status honesti justè acquisiti. 404. seq. quando nim.  
quis deberet totaliter mutare statum suum. 405. justè &

## I N D E X.

honestè acq̄situm 406. secus si quis statum suum injustè, v, g. fraude, dolo, usuris, furtis, rapinis, bello injusto &c. comparasset. *ibid.* talis enim tenetur restituere, quantum citra extremam necessitatem carere potest; nisi periculum infamiae excuset, 406. seq. Quae omnia etiam extendenda sunt ad heredem malae fidei, 407. seq. Denique III. *Necessitas propria* etiam excusat ad differendam restitutionem, quando ea fieri non potest sine damno gravi in bonis temporalibus. 407. seq. quoties, & quamdiu scilicet debitor in *bonis propriis* deberet pati damnum inde majus, quam creditor, 408. seq. Idque verum est in quocunque debito, sive ex contractu, sive ex delicto. 410. seq. At quid si uterque simul in extrema necessitate versentur, & debitor, si restituat, & creditor, si ei non restituatur? 411. seq. probabilius eo casu adhuc debitor non obligatur restituere 412. seq.

**Causae**, ob quas restitutio omnino omitti possit, generatim sunt quatuor 414. seq. I. Rei in specie debitae, sine omni culpa debitoris bonae fidei *interitus* 415. II. *Remissio* creditoris *ibid.* legitima remissionis tres conditiones. 416. seq. III. *Compensatio* facta, quae tripliciter fieri potest. 417. ejus duae conditiones. 418. & seq. IV. *Authoritas superior* 419. Utpote per legem praescriptionis &c. *ibid.* vel justam sententiam Judicis 420. seq. Et aliquatenus etiam per cessionem omnium bonorum. 421. Quae tamen cessio bonorum solum excusat in foro externo, non vero interno, nisi debitor verè impotens sit *ibid.* Nec excusat ea cessio simpliciter à restituendo reliquo, sed secundum quid tantum, quatenus se impotentia extendit, seu quamdiu durat, 422. potest tamen sic bonis cedens sibi reservare, & detrahere necessaria alimenta &c. 423. seq. **An & qualiter ingressus**, ac professio religiosa liberet debitorem ab obligatione restituendi, vel solvendi debita, tres afferuntur sententiae 424. seq.

Prima absolute docet communiter, talem ingredi licite non posse, esto etiam diu expectando, ut debita solvat, fieret ineptus ad ingrediendum postea 425. seq. Altera absolute affirmat, talem facta cessione bonorum, sta-

## I N D E X.

- sim intrare posse. 426. sed hujus fundamenta facile solvuntur. 427. seq.
- Tertia mediat sic : ut si debitor speret, se manendo in saeculo brevi tempore in toto, vel in parte satisfacturum, ingressum differre debeat : secus, si deberet ad longum tempus expectare. 428. seq. Si tamen talis ingressus, vel professus aliqua bona ad Religionem contulisset. Religio solvere tenetur ejus debita, juxta vires bonorum allatorum, 429. seq. Non vero si postea tali professio hæreditas adveniat. 430. Nec talis Religiosus in Monasterio aliquo officio, vel labore manuum laborare tenetur ad solvenda illa sua debita. 432. seq. Nec egredi ad Beneficium, vel Parochiam, esto sit spes probabilis sic satisfaciendi. 431. seq.
- Clericus consentire non potest in sui percussione. 46. seq.
- Consentiens in damnum alteri inferendum, an, quando, & qualiter ad restitutionem obligetur. 247. seq. Vide *de restitut. cooperantium ad damnum proximi.*
- Consulens seu suadens damnum proximi, an, quando, & qualiter obligetur ad restitutionem. 238. seq. vide *de restit. cooper. ad damnum injustum.*
- Culpa seu actio injusta quæ, & qualis inducat obligationem restitutionis. 67. seq.
- Culpa Theologica, civilis, lata, levis, levissima &c. quæ? 69. seq. Ex sola culpa civili non oritur obligatio restituendi in foro conscientie. 70. seq. Sed debet esse Theologica gravis. 72. seq. Nam levis levem tantum inducit obligationem. ibid. seq. Resolvuntur casus varij. 73. seqq.

### D.

- D**amnificans seu destruens rem alterius per se, vel per suos, ad quid teneatur. 171. seq. vide *restitut. ex delicto formali ratione injuste damnificationis.*
- Debita certa, incerta quæ? 289. seq. cui restituenda. ibid. & seq. vide *cui restituendum?*
- Delictum materiale, & formale quid? 51.
- Differentie inter Justitiam & alias virtutes. 11. seq.
- Differre restitutionem qualiter quando, & ex quibus causis liceat? 395. seq. vide *causa excusantes ad differendam restitutionis.*

## I N D E X.

Dubitare incipiens, an res sit aliena, nec ne, ad quid teneatur, seu quid facere debeat? 105. seq. vide *restitutio ex delicto materiali.*

Dubius, seu scienter accipiens emptione, donatione &c. rem dubiam, ad quid teneatur. 134. seq. vide *restitutio ex delicto formali.*

Si dubium sit æquale ex utraque parte, cujus res sit, quid, & cui restituendum? 135. seq.

### E.

**E**Xpensæ quæ, & qualiter in restituendo detrahi possint. 95. seq.

Si res restituenda sit aliò transferenda, vel de loco ad locum mittenda, cujus expensis id fieri debeat. 349. seq. vide, *ubi, seu quo loco restituendum.*

### F.

**F**RUCTUS rei, industriæ, seu naturales, industriales, meri, mixti quid? 86. seq.

Fructus merè, industriales ex re aliena restitui non debent, etiam à possessore malæ fidei. 88. Casus varij valde notabiles de negotiantibus pecuniâ alienâ sibi comissa. *ibid.* & seq.

Quid si quis seminavit in agro alieno, cujus est seges? 90. alieno instrumento opus confecit? *ibid.* seq.

Fructus rei & merè naturales simpliciter restituendi sunt Domino rei. 91. seq. sicut & fructus mixti, detractis tamen expensis, & æstimatione industriæ. 92. Idemque est de fructibus civilibus. 93.

Fructus industriæ perceptus ex locatione rei alienæ extraordinaria restitui debet Domino: v. g. si quis alianum torquem aureum pro pretio alteri locavit ad solam ostentationem. 94.

In fructibus restituendis quæ, & qualiter detrahi possint expensæ pro labore habito, industriâ, melioramentis &c. 95. seq.

Quinam fructus rei bona fide possessæ, postea cognito esse alienam, restituendi, qui non? 119. seq.

I N D E X

Quos fructus restituere teneatur possessor mala fidei. 164. seq.  
Furta minuta. 73. seq. An res furtiva immediatè restitui possit  
aliquando furi, vel restituenda sit immediatè Domino, 122.  
seq.

I.

Injuria, & iniustitia quid, & qualiter differant? 37.

Injuriam facere, non potest, nisi volens. 41. seq. Sicut

Injuriam pati non potest, nisi nolens. 42. seq.

Ue volens aliquid pati, non patiatur injuriam, requiritur vo-

luntas plena cedendi juri suo. 43. seq. (resolvuntur varij

casus ibid.) Et jus plenum seu facultas cedendi juri suo.

45. Undè si volens aliquid pati non potest juri suo cedere

sine præjudicio tertij, vel certi status, esto tunc ei volenti,

& consentienti non fiat injuria, sit tamen illi tertio, & cer-

to statui. 45. seq. Resolvuntur varij casus de Marito consen-

tiente in stuprum, Filia, in adulterium cum sua uxore.

Clerico consentiente in sui percussione. 46. seq.

Impediens ab officio, beneficio, digniorem, dignum &c. ad

quid teneatur. 181. vide *Restitutio ex delicto formali ra-*

*tione injusta damnificationis.*

Jus variè sumitur. 3. seq.

Justum, seu debitum morale, & legale quid? 4. seq.

Justum seu debitum legale dividitur in legitimum, & æ-

quum. 5.

Justitia variè sumitur. 2.

Justitiæ divisio in legalem, distributivam, & commutativam

6.

Justitia definitur *constans, & perpetua voluntas.* 7. seq. *Jus*

*suum.* 8. *cuique.* 9. *tribuendi.* 10.

Justitiæ objectum formale. 8. objectum cui. 9.

Differentiæ inter justitiam & alias virtutes. 11. seq.

Justitia perfecta requirit tres condiciones. I. *Alteritatem.* II.

*Debitum simpliciter.* Et III. *Equalitatem.* 13. quarum

defectu aliæ virtutes qualiter à ratione veræ justitiæ defi-

cient? 14. seq.

Inter patrem & filium, Dominum & servum, Maritum &

## INDEX.

- uxorem formaliter sumptos non datur iustitia proprie dicta. 17. seq. bene vero inter eos materialiter sumptos. 19. seq. quoad delicta seu peccata inter hos commissa quaedam notantur valde notanda. 20. seq.
- J**ustitiae *legalis* seu universalis, & particularis definitio. 23. seq. Cur dicatur *legalis*, & universalis, vel generalis? *ibid.* seq.
- E**st virtus specialis distincta ab aliis virtutibus. 24. seq.
- E**t eadem seu ejusdem rationis in Principe & subdito. 25. **nomen** est iustitia strictè & simpliciter dicta. 26.
- J**ustitia distributiva quid? 27.
- J**ustitia commutativa quid? 28.
- J**ustitia distributiva & commutativa in quo convenient, & differant. 29. habent diversos actus. *ibid.* & seq. diversas rationes debiti. 30. & diversa objecta formalia. *ibid.* & ideo specie & essentialiter differunt, velut species analogae. 31. seq.
- J**ustitia vindicativa sub non respectu reducitur ad legalem. 23. sub alio ad commutativam. *ibid.* & seq. qualiter constituat aequalitatem? 34. seq.
- I**njustitia *legalis*, seu *illegalis* quid, & quale vitium. 37.
- J**ustitia particularis quid, & quale vitium. 39. seq.
- J**ussio, jubens damnum proximi, &c. 231. seq.

## M.

- M**arito consentiente in peccatum cum sua uxore, adhuc fit adulterium. 45. seq.
- M**andatum, seu mandans ad injustam damnificationem. 231. seq.
- M**elioramenta sunt triplicis generis. 96. seq. & qualiter detrahere possit Possessor bonae fidei, & quae Possessor male fidei. 97. seq.
- M**andans, mandatum &c. ad damnum proximi. 231. seq. vide *de Restitut. cooperant. ad damnum proximi.*
- M**utus, non obstans, non manifestans. 258.

## P.

- S**i res aliena perit, cui pereat? 204. seq. vide *Restitutio ex contractu.* Pos-

## I N D E X.

- Possessor bonæ fidei, quando quid, & qualiter restituere teneatur. 101. seqq. vide *Restitutio ex delicto materiali*.  
Possessor malæ fidei quid restituere teneatur : 130. seq. vide *Restitutio ex delicto formali*.  
Possessor malæ fidei quos fructus restituere teneatur : 164. seq. quale damnum emergens, & lucrum cessans. 168. seq. Exempla varia ibid.  
Promovens indignos ad officia, beneficia &c. relictis, vel impediis dignioribus, an, quando, quid, & cui restituere debeat, 181. seq. vide *Restitutio ex injusta damnificatione*.

### R.

- R**estitutio generatim quid? 49. seq. quid latè sumpta? ibid. quid strictè sumpta? 50. Ejus obligatio unde? ibid. seq.  
Restitutionis radices quæ, & quot? 52. seq. Regulæ generales ibid. seq.  
Restitutionis & satisfactionis differentia. 53. seq.  
Restitutionis obligatio per se oritur solum ex violatione justitiæ commutativæ. 56. Non ex violatione aliarum virtutum. 57. seq. Nec ex violatione justitiæ legalis, ibid. & seq. Nec ex violatione justitiæ distributivæ. 58. seq. Nisi quandoque per accidens, quatenus simul violatur commutativa. 60. seq.  
Restitutio est necessaria ad salutem. 61. Non necessitate mediæ ibid. sed præcepti. 62. nimirum septimi, 63. quod secundum plures est principaliter negativum. 64. Secundum alios autem vero similiter principaliter est affirmativum. 65. seq. Obligans ex genere suo sub mortali. 66. seq.  
Ut quis in foro conscientiæ sub mortali obligetur ad restitutionem, debet delictum fuisse commissum per actionem injustam. 67. Externam 68. Quæ sit culpa Theologica. 69. seq. Et quidem gravis 72.  
Resolvuntur casus varii, præsertim de furtis minutis. 75. seq.  
Resolvitur dubium notabile, an, quando culpa externa est levissimum, sed cum interna mortali voluntate nocendi graviter, secuto damno gravi, inducat onus restitutionis sub mortali? 77. seqq.



## I N D E X.

### *Quid restituendum? 81.*

**Ex** iustitia commutativa id, & tantum restituendum est, quantum ablatum, vel damnificatum est. 81. seq. Et quidem per se loquendo universaliter res ablata adhuc existens eadem numero, nisi Dominus sit, aut rationabiliter presumatur, vel debeat esse contentus restitutione alterius rei æquivalentis. 83. Ut fieri solet in rebus functionem suscipientibus. v.g. pecunia, frumentò, vinò, &c. Casus varij. 83. seq.

**Quid** & qualiter restituendum, si res ablata non amplius existat? 85. seq.

**Fructus** rei, quid, quotuplex, quinam restitui debeant. 68. seq. vide *fructus rei*.

### *Restitutio ex delicto materiali.*

**Seu** quid & quantum restituendum ratione rei acceptæ à Possessore bonæ fidei, vel etiam dubitare incipiente? 101. seq. Possessor bonæ fidei, tenetur restituere statim. 103. seq. ubi certo intellexit rem esse alienam. 105. Si incipiat dubitare propter leves tantum rationes, non tenetur examinare veritatem. 105. Secus, si rationes dubitandi sint graves. ibid. & seq. & interea rem conservare debet. 106. seq. ac si dubium vincere non possit, rem licite retinet tanquam suam. 106. seq. & licite usurpat, consumit, alienat, &c. 108. seq. ac eâ sic bonafide absumptâ non tenetur restituere, nisi in quo factus est ditior. 110. & seq.

**Unde** quis cognoscere possit se ex re aliena factum esse ditio-rem. 112.

**Qui** rem alienam bona fide, alienavit, vendidit, consumpsit, donavit, v.g. rem furtivam emit, dono accepit, & eam bona fide alienavit, vendidit, &c. ad quid teneantur; casus varij. 113. seq.

**Qui** rem alienam bona fide consumpsit, ad quid teneatur. 117.

**Exempla** & casus varij de invitato ad cænam furtivam. 118. vestem alienam dono acceptam arterente. ibid. seq. in bello injusto bona fide militantibus, & prædantibus. 119. seq.

## I N D E X.

Cognoscens esse rem alienam, non tantum ipsam, sed etiam fructus rei naturales & mixtos restituere debet. 120. seq.

Tamen fructus extantes tantum detractis expensis. 121. Idq; ipsi Domino rei, etiam non reperenti per se loquendo, non furti, v.g. à quo accepit. 121. seq. Sive nullum imminet periculum amittendi pretium. 122. seq. Sive aliquid imminet. 123. seq.

Adhuc tamen probabile est, posse rem furtivam restitui furti, vel malæ fidei possessori ad pretium recuperandum, seque indemnem servandum. 125. seq. probatur variis exemplis, & casibus. *ibid.* seq. Solvuntur fundamenta in oppositum. 127. seqq.

### *Restitutio ex delicto formalit ratione injusta acceptationis. 130. seqq.*

Possessor malæ fidei quid restituere teneatur. 132. seq.

Accipiens & retinens rem dubiam animo reddendi Domino fors comparituro non peccat, & facta diligenti inquisitione, eo non comparente, incipit fieri possessor bonæ fidei. 133.

Si vero rem dubiam accipiat animo retinendi, peccat, & restituere obligatur in integrum. 134. seq. Si dubium sit æquale pro utraque parte, cujus res sit, quid, & cui restituendum? 135. seq. Resolvuntur duo dubia. 137. seq.

Possessor malæ fidei tenetur ipsammet rem restituere in individuo. 139. seq. aut si destructa vel commixta sit cum propria, in æquivalenti. *ibid.* Cum omni incremento intrinseco. *ibid.* Detractis expensis, 140. aut si absumpsit, vel perierit, ejus valorem. *ibid.* seq. Incrementum intrinsecum & extrinsecum quid? 141.

Quando res aucta est apud Possessorem malæ fidei, quid restituendum. 141. seq. Exempla varia. *ibid.*

Quid, quando res aucta est augmento seu valore extrinseco? 143. seq. Exemplificatur clarissime variis casibus & exemplis, præsertim de tritico per tria tempora, quibus valor modo crescit, modo decrescit, & minuitur. 144. seqq.

Possessor malæ fidei tenetur restituere totum rei alienæ valorem, quomodocunque ea apud ipsum perierit, etiam mero casu, si ea apud Dominum similiter non periisset. 154. seq.

## I N D E X.

- Secus** si res similiter casu fortuito, v. g. incendio &c. certo apud Dominum periisset. 155. seq.
- Si** res aliena perit dolò vel culpà Possessoris malæ fidei, tenetur is, non obstante, quòd taliter apud Dominum periisset, eam compensare juxta valorem, quem apud Dominum habuit. 158. seq.
- Ad** quid teneatur, qui rem alienam destruxit, consumpsit, vendidit &c. non prævidens, eam quoque apud Dominum perituram, 159. Vel etiam prævidens, 160. aut probabiliter credens, eam quoque apud Dominum perituram? ibid seq.
- Qui** surripuit rem, apud Dominum etiam certissimò perituram casu, bello, vel incendio, tenetur eam tamen restituere 161. seq. Quid si fur vel malæ fidei Possessor rem alienam in communi incendio non salvet? &c. 162. seq.
- Quid** de milite, qui transeundo per terras non hostiles auferat rem, eà ratione motus, quòd si ipse non auferat, socios esse certò ablaturos? 163. seq.
- Possessor** malæ fidei insuper restituere tenetur non solum fructus adhuc extantes, sed etiam quomodocunque consumptos. 164. seq. Imò non tantum quos percepit, sed etiam quos verò similiter percipere potuisset, 165. ac perceptos, etiam si Dominus illos, vel tantos non percepisset, 166. Resolvuntur duo dubia 167. seq.

### *Restitutio ex delicto formali ratione injusta damnificationis 170.*

- Qui** per culpam Theologicam gravem rem alterius destruxit, vel deterioravit, 172. etiam indirectè, per se, vel per suos 173. tenetur restituere valorem rei, ejusque fructus, omne damnum emergens, vel lucrum cessans. 174. seq. si vero nulla culpa Theologica adsit, ad nihil tenetur in foro conscientie, nisi post sententiam Judicis 178. seq. afferuntur & resolvuntur exempla & casus varii 179. & seq.
- Qui** alium à consecutione alicujus boni, v. g. beneficii, officii, jam ex justitia commutativa aliquo modo debiti impedit, per vim, vel dolum, tenetur ad restitutionem, juris vel spei habitæ. 181. seq. secus, si illud bonum sit debitum  
solium

## I N D E X.

solum ex justitia distributiva. 184. seq. aut si bono Zelo sine vi vel fraude impediatur, v. g. indignum. ibid. seq.

Qui autem perverso & iniquo affectu digniores vel verè dignos sic impediunt, quovis modo promovendo indignos, peccant gravissimè, & Ecclesiæ vel Reipublicæ obligantur ad restitutionem. 158. seq.

Impediens alium vi, fraude, metu, mendaciis, detractionibus à consecutione alicujus boni non ex justitia, sed ex libera solùm & determinata jam alterius voluntate conferendi, obligatur ad compensandum damnum juxta proportionem spei habitæ. 187. seq.

Unde gravissimè peccant, & ad restitutionem obligantur. I. Qui sic malevolè apud Episcopum vel Principem impediunt dignum. 188. II. Qui Testatorem vi vel fraude impediunt, ut testamentum sic vel sic condatur Casus varij. 189. III. Qui vi, fraude, mendaciis, criminationibus apud Dominos impediunt Opifices, operarios, famulos, vel famulas, mercatores, mendicos. 190. IV. Qui injustè alterius litteras aperiant, ut ipsi præoccupando beneficium consequantur, negotiatione lucrentur. ibid. seq. resolvuntur casus varij valdè notabiles de aperientibus litteras aliorum. 191. seq.

Impediens alium sine vi vel fraude à consecutione boni non ex justitia debiti, sed ex gratuita alterius voluntate jam determinata conferendi, non peccat contra justitiam, nec ad restitutionem obligatur. 194. seq. Exempla & casus varij. 195. seq.

Impedientem sic alium sine vi vel fraude quidem, ex odio tamen, vindictâ, aut expressa etiam intentione nocendi ad restitutionem obligant DD. antiqui. 197. seq. vera tamen & communis sententia opposita negat eo casu obligationem restitutionis. 199. seq. Exempla & casus varij. 200. seq.

### *Restitutio ex contractu licito & justo.*

Restitutionis obligatio ex contractu duplex, una *formalis & immediata*, solvendi scilicet in contractu promissum, *aliæ radicalis & mediata*, compensandi damnum rei ex contractu debitæ, si ea pereat. 201. seq.

Unde

## I N D E X.

Unde quando res determinata in individuo apud alium perit  
casti, Domino seu creditori perit. 204. Exempla varia. 205.  
& seq. Excipiuntur casus. 206. seq.

Si verò res indeterminata in certo genere, perit, debitori pe-  
rit. 207. Exempla & casus varij. *ibid.* seq.

Si res pereat culpâ debitoris jure naturali tenetur is solum ex  
*dolo malo*, & culpa gravi. 209.

Leges verò civiles & Canonicae statuunt. I. Ut quando con-  
tractus factus est in utilitatem solius dantis, debitor recipi-  
ens teneatur solum ex culpa lata, non levi, vel levissima.  
209. seq. II. Si autem factus sit in utilitatem utriusque, re-  
cipiens seu debitor teneatur ex culpa lata, & levi, non ta-  
men levissima. 210. seq. III. Si vero factus sit in utilitatem  
solius recipientis, teneatur is ex omni culpa, *ata*, levi, &  
levissima. 211. Quæ leges juxta communioem obligant  
in conscientia etiam ante sententiam Judicis. 212. seq. Sen-  
tentia tamen opposita est probabilior, scilicet eas non ob-  
ligare in foro conscientia ante sententiam Judicis. 213.  
seq.

Inferuntur & resolvuntur varia, an & quando scilicet tenearis  
rem alienam conservare in incendio, naufragio, rapina &c.  
cum jactura rei tuæ. 215. seq.

Et hæc prædicta intelligenda sunt tam in veris, quam in quasi  
contractibus. 217. seq. saltem post sententiam Judicis. 219.  
seq.

### *De Restitutione ad damnum injustum cooperantium. 225.*

Præter injusti damni executores, ad restitutionem etiam  
obligantur ejus concausæ. 226. Omnes scilicet scienter,  
deliberatè, & voluntarie. 227. cooperantes *efficaciter* ad  
injustum damnum proximi. *ibid.* seq. Re ipsa secutum.  
228. seq. Et si aliàs etiam illud sine eorum cooperatione  
secutum fuisset. 229. seq. Causæ cooperantes positivè, &  
negativè, quæ? 231. *Mandans* (prima causa cooperans)  
si mandatum suum ante damni executionem revocet, &  
ista revocatio ad notitiam mandatarij pervenerit, liber est  
ab onere restitutionis. *ibid.* seq. Resolvitur casus. 132. Se-  
cus

## INDEX.

- eius si illa revocatio ante damni executionem ad notitiam mandatarij non pervenerit. *ibid.* Quid si quidem quis vellet, non tamen amplius potest revocare mandatum? 233. *seq.*
- Si mandatarius excedat mandatum in damno inferendo, is, non mandans, excessum illum compensare tenetur. 234.
- Quid si mandatarius ipse ob executionem mandati damnum patiatur v.g. occidatur. 235.
- An mandans, sicque obligatus censeatur, si alium in sui gratiam tertio damnum inferre jam paratum non prohibeat, cum facile posset. 236. *seq.* Casus varij. *ibid.*
- Consulens sæpe solus obligatur ad compensandum totum damnum, ut sæpe sunt Consiliarij Principum, Advocati, Jurisperiti & Confessarij &c. 238.
- Qualis culpa requiratur, ut quis ad restitutionem obligetur ex malo consilio. 139. *seq.*
- Licet *mandans* revocato mandato, non tamen *consulens* revocato consilio liberatur à restitutione damno secuto: quoniam ratio discriminis. 240. *seq.* Oppositum tamen eum liberari est etiam probabile. 242. *seq.*
- Ad quid obligetur, qui alium jam resolutum & determinatum, sive ex se, sive aliorum consilio, insuper etiam suo consilio vel hortatu magis animat & confirmat ad damnum alterius. 243. *seq.* Resolutiones & casus varij. 245. *seq.*
- Consentiens* in damnum alteri inferendum quidem semper peccat consensu etiam inefficaci. 247. *seq.* Ut tamen ad restitutionem obligetur, debet esse consentiens consensu efficaci dependentiæ, ita ut damnum inferendum, vel illud inferens ab eo dependeat: Casus varij de Consiliariis, Consultoribus, Senatoribus, Vocalibus, in Senatu, Capitulo &c. 248. *seq.*
- Ad quid, & qualiter obligentur, qui suo voto vel suffragio fuerunt causa damni? 249. *seq.*
- Palpo quis dicatur & qualiter obligetur. 251.
- Ad quid & qualiter obligetur *receptor* seu recipiens, custodiens, defendens &c. damnificantes, fures, latrones, &c. 252. *seq.*

Quis

## I N D E X.

Quis dicatur, & qualiter obligetur causa participans? 255. seq.

A peccato & restitutione excusatur, qui metu mortis v.g. furi præbet claves, instrumenta, milites & prædones &c. juvat in asportandis prædis, abigendo vaccas, &c. Casus varij. 257. seq.

Mutus, non obstitans, non manifestans, tripliciter obligari possunt ad impediendum damnum alterius. 258. seq.

Obligatio impediendi damnum alterius, potest esse vel ex charitate, vel ex justitia, & quinam obligentur ex justitia. 259.

Soli ex justitia obligati impedire, & non impediens damnum alterius, obligantur ad damni secuti compensationem. 260.

Non verò obligati ex charitate tantum. 261. seq. Etiam si ex vindicta, odio &c. erga alterum, damnum ei non impediatis, te negativè habeatis &c. 262. seq. vel etiam pecuniam accipias à fure v.g. ne clames, impediatis, manifestes, 262. Secus si accepto pretio, tuâ promissione tacendi furem animosiores reddas, ibid. seq.

Qualis debeat esse culpa, gravis, an levis, ut obligatus ex justitia impedire, & non impediens, teneatur compensare damnum à se non impeditum. 265. seq. Resolvuntur varij casus, de Principe, Magistratu, Governatore, Consiliariis, famulis, Ancillis, Custodibus urbium, agrorum, Judicibus, Reis, testibus, & Confessariis &c. non impediens damna, ubi deberent. 267. seq.

Concausæ ad damnum alterius ad restitutionem obligantur juxta proportionem influxûs & causalitatis in damnificando. 273. seq. Ad quid & qualiter teneatur. I. Causa totalitate causæ. 274. II. Ad quid partialis partialitate causæ. 275. III. Ad quid partialis partialitate effectûs tantum. ac IV. partialis partialitate causæ quidem, totalis tamen totalitate effectûs. 277. seq. Resolvitur casus de militibus in bello injusto. 280.

Quo ordine, qualiter, seu qui prior ex damnificantibus, vel cooperantibus restituere teneatur. 282. seqq.

## I N D E X.

### Cui restituendum? 287.

Debita certa ordinariè restituenda sunt Domino immediatè.

289. seq. nisi rationabilis causa excuset (quales enumerantur quatuor) 290. seq. aut iusto possessori, cui res debita, vel ablata est; 293. seq. nisi rursus rationabilis causa excuset, uti videbis in quatuor casibus. 294.

Si res restituenda sit nocitura Domino, ei debet non restitui, saltem ex *Charitate*. 296. seq. ac etiam ex *Iustitia*, si eam mox certò abusus sit Dominus contra *Iustitiam* in damnum alterius. 297. seq. solvuntur objectiones. 298. seq. si verò eam abusus sit contra alias solum virtutes, debet ei non reddi ex charitate tantum. 299. seq. nisi rursus rationabilis causa excuset (ubi quæ, & quanta esse debeat) 301. seq.

Defuncto Domino, res restituenda est hæredibus. 303. quid faciendum, si nulli adsint hæredes. *ibid.* & seq.

Debita incerta ex delicto formali contracta, v. g. per Simoniam, usuras, injustos contractus, defraudationes, furta, rapinas &c. si Dominus ignoretur, vel ita absens sit, ut ei restitui non possit, restitui debent pauperibus, vel applicari ad pias causas. 304. seq. Prius autem facienda est sufficiens inquisitio veri Domini. 306. seq. qua præmissa & re jam sic erogata, etsi Dominus postea compareat, ad nihil amplius tenetur restituens. *ibid.* seq. Quinam intelligantur nomine pauperum? 307. seq.

Etiam possessor bonæ fidei, ubi agnoscit rem esse alienam, sed dominò ignotò, vel ita se habente, ut ei restitui non possit, probabiliter eam restituere debet pauperibus etiam, vel applicare ad pios usus. 309. seq. Tamen æquè probabiliter eam sibi retinere potest. 310. seq. & domino comparente, solum restituere tenetur, quantum inde factus est ditior. 312.

Idem omnino dicendum est de rebus inventis, domino non comparente, post factam diligentem inquisitionem. 313. seq. quæ eo major, & diuturnior esse debet, quo majoris momenti est res perdita. 316. seq. quousque quis talis rei inventæ dominum exspectare debeat? *ibid.* seq.



## I N D E X.

Sententia tamen probabilis & æquè tuta est, res inventas, domino non comparente, titulo inventionis posse retineri ab inventore. 314. seq. via media & tutissima. 317. seq.

Quando damnum illatum est immediatè ipsi Communitati, restitutio faciendâ est ipsi Communitati immediatè, non particularibus civibus, vel personis. 319. seq. Secus, si illatum sit civi, vel personæ particulari. 302. seq.

*Quando restituendum? 320.*

Restitutio *interna* quoad propositum internum faciendâ est statim *mathematicè*, seu in puncto, quo quis scit se esse debitorem. 322. seq. Undè non tantum positivè nolens, sed & negativè se habens, seu omittens velle restituere, invito Domino, continuo peccat toto tempore. 323. seq. talis tamen prolongata rei alienæ detentio semper manet idem numero peccatum, quamdiu voluntas non restituendi moraliter continuatur. 324. aliàs tot committuntur peccata, quoties voluntas non restituendi formaliter, vel virtualiter interrumpitur. 325. seq.

Restitutio *externa*, quoad executionem faciendâ est statim *moraliter* tantum, quamprimum commodè fieri potest. 327. seq. secus faciendo debitor peccat, & insuper obligatur etiam ad compensandum damnum emergens, & lucrum cessans, seu interesse ordinarium, extraordinarium. 328. seq. etiam nulla præmissa admonitione. 330. seq. nisi in raro casu, quo facile & utiliter moneri potuisset, & monitus non fuit: tunc enim creditor præsumitur, lucrum vel damnum illud extraordinarium remississe. *ibid.* seq.

Et si debitor ex delicto quandoque ob paupertatem, vel impotentiam excusetur à restitutione ipsius rei, non tamen excusatur ab interesse ordinario, & extraordinario. 331. seq.

Quando, & quid restituere teneatur possessor bonæ fidei, ubi cognovit, rem esse alienam? 332. seqq. Debitor ex contractu obligatur statim *moraliter* impleto termino in contractu præfixo. 334. seq.

Gravitas dilationis iurii non debet ex mora temporis, sed dampno

## INDEX.

damno creditoris. 335. *seq.* quo cessante differre solutio-  
nem, etiam juratam, veniale tantum erit. 336. *seq.*  
An, & quando liceat terminum solutionis prævenire. 335.  
*seq.*

Debitor ex contractu solutionem culpabiliter differens, obli-  
gatur creditori sub mortali ad omne interesse, 338. si cul-  
pa sit Theologica, & gravis. 339. *seq.* Secus, si culpa non  
sit gravis, aut creditor putetur non esse graviter invitus.  
340. Si verò creditor sit omnino invitus ad dilationem  
solutionis ultra terminum, ad hoc ut ei tenearis ad inter-  
esse, probabilius debes prius fuisse ab eo admonitus. *ibid.*  
*seq.*

Qui commodè posset restituere simul totum, non satisfacit  
restituendo successivè per partes, nec cum tali proposito  
absolvi potest à Confessario. 341. *seq.* nisi in raro casu,  
quo scilicet Confessarius videt, cum alio modo omnino non  
restituturum, nec creditorem notabile damnum pati, & de-  
bitorem bona fide ita procedere, aliàs non. 342. *seq.* Si-  
cut nec in articulo mortis quidem absolvi potest debitor  
non habens propositum restituendi, quamprimum com-  
modè poterit. 343. *seq.*

Ad absolutionem tamen conferendam sufficit restitutio  
mentalís, seu propositivum in proximum, 344. *seq.*

Qui bis, ter, vel sæpius in aliis Confessionibus iustus resti-  
tuere, non restituit, cum facillè potuisset, regulariter absol-  
vendus non est, nisi prius restituat. 345. *seq.* sicut etiam  
non tantum sanus, volens restitutionem differre usque ad  
mortem, sed nec moribundus absolvi potest, qui cum fa-  
cillè possit, non vult ipse restituere, sed onus restituendi re-  
linquere hæredibus. 346.

*Ubi, seu quo loco restituendum? 347.*

Restitutio ex delicto facienda est in loco domini seu credi-  
toris, ubi scilicet rem suam haberet, si ei ablata, vel deten-  
ta non fuisset. 349. *seq.* Idque semper expensis ipsius de-  
bitoris. 350. non solum quando ipse rem aliò transtulit,  
*ibid.* *seq.* sed etiam, quando ipse Dominus seu damifica-  
tus aliò migravit, vel rem, seu pretium ejus secum aspor-  
tasset.

isset. 351. *seq.* quod etiam verum est, si restitutio fiat ex sola injusta detentione. 352.

Quantas expensas facere debeat debitor ex delicto ad restituendam rem alienam, variae sunt sententiae. *ibid. seq.* In nostra Sententia, si debitor in expensis faciendis pro restitutione rei alienae patiatur damnum solum æquale, vel paulò majus, quàm patiatur Dominus ex carentia rei suae, adhuc obligatur restituere. 354. *seq.* Si verò deberet pati damnum longè majus, restitutionem differre potest. 355. *seq.*

Adèque restitutio faciendae est per expensas debitoris proportionatas debito: ut si aliter restitutio fieri non possit: tantae faciendae sint expensae, quantum est debitum, v.g. mille, ut restituas mille. 356. *seq.*

Si nulla sit via, vel spes rem cum talibus proportionatis expensis restituendi ipsi domino, restituenda est ejus proximè consanguineis, vel in horum defectu, pauperibus. 357. *seq.*

Restitutio ex re accepta in hoc debitoris, si aliò transferenda sit, fieri debet expensis creditoris, vel domini. 357. qui proinde à debitore litteris v.g. monendus est, quid de re sua fieri velit. 358.

Quid faciendum debitori, si dominus ignoretur, aut conveniri, vel res transferti non possit sine æquali, vel majori sumptu, quàm ipsa valeat? 359. *seq.*

Restitutio ex contractu justo faciendae est in loco conventionis expresso, vel tacito. 360. *seq.* Si verò res sit aliò transferenda, id fieri debet expensis illius, in cujus gratiam, vel utilitatem potissimum contractus est initus. 361. *seq.*

*Quo modo restituendum? 363.*

Restitutio faciendae est eo modo, quo res sufficienter veniat ad manus domini. 365. *seq.*

Debitor ex delicto occulto, occultè, ex publico autem quandoque etiam publicè restituenda sunt. 366.

Quando restitutio occultè faciendae, commodè fieri non potest ab ipso debitorè, adhibenda est persona tertia, qualis plerumque est Confessarius, 366. *seq.*

INDEX.

**Ex** rationabili causa sufficit restituere rectè, fingendo se quasi quid donaret, cum tamen reverà animus sit sic restituere. 367. seq.

**Si** debitum transmissum per personam à creditore delegatam pereat quomodocunque, ipsi creditori perit, 369.

**Vnde** si famulus à creditore ad petendum debitum missus, cum eo aufugiat, debitor liber manet, 369. seq. pariter si nuntius à debitore cum præscitu & voluntate creditoris electus, rem ex quacunque causa non reddat domino, debitor liberatur, 370. seq. idem est, si debitor & creditor statuerunt signum, quo à quacunque persona exhibito, remittatur, si perit, domino perit. *ibid.*

**Item** etiam debitum ex contractu vel re accepta transmissum per personam fidelem habitam, deputatam ab ipso debitore, non huic, sed creditori perit, si debitum sit reale ac determinatum in individuo, 371. seq. Secus, si debitum sit personale, & indeterminatum in aliquo genere, v. g. centum floreni, tot modii frumenti, 372. seq.

**Si** rem voto vel juramento promissam Ecclesiæ v. g. mittas per virum fidelem tibi putatum, si is eam sibi retinuit, tu deobligaberis, non tamen ipse, *ibid.*, seq. nisi rem illam sine sua culpa, v. g. furto, latrocinio &c. amississet, 375.

**Debitum** voto ex delicto sive reale determinatum, sive personale & determinatum in specie, & individuo, transmissum per internuntium quemcunque, etiam Confessarium, si pereat, vel non reddatur quocunque casu, debitori perit, 374. seq. Solvuntur objectiones, 375. seq.

**Qui** rem furtivam Petro v. g. debitam, bona fide, suo vel alterius, v. g. Confessarij, consilio, jam erogavit pauperibus, de errore edoctus, secundum communem sententiam ad hæc tenetur eam restituere domino: secundum alios tamen probabiliter liberatur, 376. seq.

**Resolvitur** casus de famulo, qui vas argenteum nomine Titij donò dandum Cajò, id retinuit usque ad mortem Titij, ad quid, vel quibus teneatur, 377. seq.

*Qua ordine restituendum? 379.*

**Ordine** restitutionis debita certa præferenda sunt incertis, *ita*

## I N D E X.

ut habeas plura debita, prius restituere debeat certa debitoribus notis, postea de reliquo incerta, quousque se extendunt facultates. 381. *seq.*

Pariter debita realia præferenda sunt personalibus. 383. *seq.*

Inter debita autem personalia, hypothecata præferenda sunt nudis, non hypothecatis. 385. *seq.* Similiter debita privilegiata præferenda sunt nudis in totum. 386.

Docetur summarie, quæ, & quo ordine, ex bonis defuncti solvenda sint. 387. *seq.*

Inter debita nuda, onerosa præferenda sunt gratuitis, ita ut quis prius solvere debeat debita ex contractu, quam donatione legato &c. 388. *seq.*

Reliqua debita personalia nuda ejusdem rationis, scilicet hypothecata, privilegiata indifferenter solvenda sunt pro rata parte facultatis, & debitorum proportione geometrica. 390. *seq.* Solvuntur fundamenta oppositæ sententiæ. 391. *seq.*

Enumerantur quatuor casus, quibus debitor non potens solvere omnibus, licet solvit uni, vel pluribus integrum debitum ante alios, etiam priores creditores. 392. *seq.*

## O. A. M. D. G.

